ACTUM EUCHARISTICUM,
QUO
DEO T. O. M.
PRO
CLEMENTISSIME
ABLATA PESTIFERA LUE
DECENTES GRATIAS PERSOLUET,
STUDIOSA IUVENTUS GYMNASII THORUNIENSIS.
ET
BONI MALIQUE IN MUNDO PERMISTIONEM
QUIBUSDAM ORATIONIBUS,
d. XXV. APRILIS, CIƆIƆCCIX.
HORA VIII. MATUTINA
IN AUDITORIO MAXIMO CONSIDERABIT,
INDICUNT
RECTOR, PROFESSORES AC VISITAT.

QUemadmodum corpora humana, quando in ſummo ſunt vigore &
optimum ſanitatis pervenerunt ſtatum, morbis videntur proxima: ſic v
ſta regnorum rerumqve publicarum compages fatali qvadam circum ſc
bitur periodo, & cum ſummo proxima faſtigio felicitas, ab extrema non lo
ge abeſt ruina. Etenim valetudo deſinit in ægritudine & in calamita
abire conſvevit fortuna, nihilque tam eſt firmum in mundo, quod, ne vices exp
riatur, conſiſtere tuto queat. Neque eſt bonum, quod non tranſire ſoleat in malum
neq; malum, quod non excipiat bonum, ſed eſt quædam, annotante Euripide, utriuſq
permiſtio & cognatio propinqua. Quod ipſum, uti ex Platonis Phaedone acc
pimus, Socrates, magni ingenii & reconditæ ſapientiæ Philoſophus tum obſerva
cum ob pruritum ex vinculorum, quibus colligatus erat, affrictu exortum, ſcabendi v
hementia læderet pedem. Præterquam enim, quod enaſcentes reſtingvere cupieb
moleſtias, novas voluptati ſocias ſentiebat, easque graviores. Quam boni & mali co
finitatem cum accuratius perpenderent olim ſapientes, a lumine divino alieni, mag
ſententiarum conflictu de utriusque origine diſputaverunt. Perinde ut illi, qui ad
lum flumen incolunt, cum obrutum oppletumque aquarum eluvione agrum videre
cauſam, ſedulo licet ſciſcitantes, animo complecti non poterant aut indagare. Ill
quidem omni ratione & iure nos poſſe contendere videmur, illam ipſam diſceptatione
niſi ſeparatio utriusque tum & mali recte fiat, occaſionem eſſe poſſe maximae in De
iniuriae graviſſimique peccati. Amoliri erroris culpam ab eo cupiebat Epicurus, p
pterea, quod beatam illam naturam non tangi cura mortalium rerum confi -enter p
nunciaret, quo ipſo tamen providentiam omnem e medio tollebat, quod nec ſapienti
inter ipſos, Plutarcho & Ciceroni, probandum eſſe videbatur. Neque enim, judica
te Maximo Tyrio, divinitatis formam, ſed Sardanapali cuiusdam, & otio diffluentis,
ſcripſit Epicurus. Quaſi vero purior Solis natura labem traheret inde, quod viliſſim
quaſque res radiis ſuis fovet colluſtratque: aut mare deficeret, cum nonnullam aquae
piam haurientibus praebet. Communis pluribus populis & inveterata erat fabula
duobus adverſis ſibi dimicantibusque principiis, quam eſſe adeo antiquam Plutarch
meminit, ut de primo Autore vix certi quidpiam conſtare poſſit. Neque aberrare
cum eodem exiſtimamus, qui inter Chaldaeos Ægyptiosque, addo & Indos, ſen
huius ſententiae latuiſſe affirmant. Quid quod ut in aliis Paganorum fabulis, Mon
cutio & Huetio, ſagaciſſimis Viris, illud bene obſervantibus, verae deliteſcunt rud
hiſtoriae, ſic coniectura plane non fallet, quando contendimus, deſcriptionem lap
Protoplaſti, in Scripturis factam, tectam callide illa ſententia contineri. Erant nem
Oromasdes & Arimanius, quorum illum lumini, hunc tenebris & ignorantiae com
rabant, ille, referente Plutarcho, appellabatur Θεὸς hic Δαίμων, Quis igitur non videt
per ignorantiam aut per fraudes veram narrationem eſſe obſcuratam. Subtiliter ma
quin & obſcure de his omnibus diſſerebat Plato & Pythagoras, materia ævo æquali
aeterna, pro principio mali, conſtituta. Qua ipſa excogitata (quam tamen Pl
vix primus excogitavit) multis magniſque difficultatibus Philoſophos a Platone eſſe
beratos refert Plutarchus ſub perſona Cleombroti. Hanc fluidam & ſine qualitate
vam eſſe cenſet Pythagoras, nec tamen naturae mediae interque malorum bonorum
viciniam, ut Stoici, ſed plane noxiam: Deum quippe bonorum cauſam, Sylvam
lorum, ut teſtis eſt Numenius in Chalcidio. Aliter paullo Stoici ſentiebant, ne
ta

men omnem vim mali a materia ſeparabant, ut interpres magis Plutarchi, Xylander, uam ipſe Plutarchus, arbitratur. Aſſignabant quippe materiae, verbis Gaſſendi rem xprimam, antequam conderetur mundus, animam quandam ſeu brutam formam, quae uerit in ipſa motuum inconditorum principium. Vocat eandem Lipſius, Stoicarum nterpres ſententiarum ex quiſitus, vim quandam malitioſam & repugnantem, quae alio raheret, atque hinc interna (moralia) atque etiam externa (naturalia) mala extitiſſe. Quorſum ſpectat Seneca, qui cum interrogaretur, quare malum in mundum venerit, non uod ars ceſſaverit, ſed quia id, in quo exercetur, inobſequens arti ſit, reſpondit. Quare nala non tam artis opera, quam effectus materiæ ſunt. Quemadmodum rubigo cu-rum & maculae corpus comitantur, ita productionem rerum deflexio materiæ ex orum mente eſt ſecuta. Non continuit ſe inter ſuperſtitiones hic error ſed per in-uſtos homines ad puriorem coetum quoque manavit, graſſantibus non parum Valen-inianorum, Gnoſticorum ac Manichæorum furoribus, ut non una ratione labefactata m veritas, repreſſis hoſtibus, eſſet a Doctoribus vindicanda uti ex Auguſtino ſatis con-at. In ſocietatem huius erroris vel potius delirii venit Fanaticorum colluvies, qua um diviniorem coetum continua hodie bella gerere oportet. An vero oportuerit nalum eſſe & diabolum, eo quod fuerit Deus & bonum, atque hanc ob cauſam Deum on debuiſſe impedire mala? tum an bonum ſine malo cognoſci non potuiſſet? nt Paradoxa quæ ante annos aliquot præter alia, de quibus nunc non diſputamus e-ulgavit Guilielmus Kingius, Dublinenſis nunc Archiepiſcopus & ante eum Eilhardus ubinus, Roſtochienſis Doctor, quæ tum Alberti Graueri cenſura digna videbantur. eque nihil illud Lubini, quo nomine malum & peccatum venire cupit, omni plane va-terrore, id quod iam non venit examinandum. Arnoldo tamen, communi Hæreti-orum Fanaticorumq; Patrono cauſa non fuit, quare diligentiam arrodat Doctorum in his aliis Paradoxis a veriori ſententia recedentibus examinandis. Non vacat hic contro-erſiam recenſere multis inter doctiſſimos Belgii viros, Bælium ſcilicet & Clericum, quelotum alioſque magna contentione animorum noſtro ævo agitatam. Omitti-us alia, quorum cauſa in ſuſpicionem incidit Naturaliſmi imo & Atheiſmi Bælius, ntum in eo nunc nobis notandus, quod Manichaeos vix redargui poſſe affirmet, niſi ntentia de duobus Principiis admiſſa. At illud iam pro certiſſimo habemus, duos in-t ſe pugnantes fingere Deos, idem eſſe ac dicere, nullum eſſe. Qui enim infinitae bo-tatis Deus eſſe poteſt, ſi deſtitutus infinita potentia? qui haec? ſi mali principium ſub go tenet bonis a bono cumulandos. In perpetuo bonus erit timore, ne forte, quos nat, a Daemone perdantur, hoc ni eſſet, potentia illius maior & hic alteri non aequa-. E contrario malum principium, quod in ſua natura eſt malum & omni deſtituitur ono, num easdem perfectiones, quas boni fons habet, poſſidere poteſt? Quales ſunt: finitum eſſe & aeternae naturae. Ergo perfectiones pugnam ſibi inferent, & in-t illa, quae optima ſunt, etiam erit dimicatio? Quicquid horum attigeris, ulcus it. Ita bene inſtituta diſputandi ratio facilem exitum demonſtrat & ſuae ſtolidita- Manichaei recta argumentorum ſerie convincuntur. Reſpondit Baelio praeter

ericum & Jaquelotum ante annum nonnemo, qui nomen ſuum eruditos latere voluit, a Cl. tamen Lipſiae ditarum Collectoribus operarum illud indicatur, qui dum ex ſola ratione argumenta Baeliana oppugna-annititur, ita munus exequitur ſuum, ut ad Deum fere mali omnis originem traducat, atque in eodem, quo m alii multi, offendit. Sed eſto: labi permiſit Deus hominem, conceſſit libertatem, qua poterat abuti. que tamen ipſi Deo id, quod homini, niſi graviſſima in ſanctitatem eius contumelia, tribuendum venit. tte Protoplaſto erat agendum, defecitque & libere. Tibias qui frangit & accepto baculo, quo poteras

niti

niti, non utitur, num illi, qui dedit baculum, noxa eſt tribuenda? Sed longiorem haec ſibi meditatione expoſcunt, neque iam nos diſceptationis funem longius trahemus, potius contemplaturi, unde mala ſint, qua noſtram civitatem tam pertinaciter exercuerunt, vexarunt, excruciarunt. Cuiusmodi ſunt Bella, incendi depraedationes agrorum & quod omnium eſt graviſſimum, peſtis. Sunt haec mala triſtia ſeu poenae qua ſeparanda a culpae malis, ab iniquo ſpiritu hominibusque pro libertate ſua deſciſcentibus perpetratis. No aſſentimur Kingio, quem ſupra commemoravimus, Deum plane mortalium criminibus non iraſci contendenti Certe immenſa & interminata in omnes creaturas Dei bonitas iuſtitiam ſanctitatemque immenſam non ex cludit. Palam res eſt nec quiſquam dubitare de eo poteſt, fuiſſe Deum noxis infenſum noſtris, vindicar conſtituiſſe iuſtitiam &, immiſſis undique malis, ad emendatam magis vivendi rationem nos revocare voluiſſ Quare, cum peſtis praeſertim malum ſit ſagitta & flagellum Dei, ut antiquis audit, quo coercere conſvev mortalium improbitatem, referendum quoque unice eidem eſt, quod dira illa & triſtis plaga a noſtris cer vicibus profligata tandem ablataque ſit. Deprecandae iam culpae ſunt, & omnes noxae, quae provoca runt iram, deteſtandae, ſimulque mentes erigendae ad gratias Numini decantandas. Vacabit huic pieta Studioſa Iuventus Gymnaſii noſtri, & pro virili parte bonitatem Dei expendet, animumque in maximaru calamitatum contemplationem defiget. Noſtrum eſt etiam atque etiam rogare omniq; obſervantia & humanitate invitare Magnif. & Conſultiſſ. D. D. Burggrabium Regium, Praeſidem, Proconſules, Conſule atque Scholarchas: Exper. Phyſicos & Medicos: Venerabiles V. D. Praecones: Spectabil. Judicioru Conſeſſum, aliosque Literarum Fautores, ut perorantibus benevolam attentamque audiendi operam nava velint: De cetero eluctati ex hoc difficili & gravi malo oramus Deum, ut, cum adhuc fluctuamus iact murque inter magnos belli labores, ex omnibus calamitatum procellis nos eripiat, quin & univerſae Europa inter difficiles armorum ſtrepitus laboranti, niſi improbum hoc votum ſit, pacem exoptatam clementiſſim quantocyus impertiatur. P. P. Dominica iubilate, Anno Chriſti CIƆIƆCCIX.

AUDIENTUR:

Prologus, *Samuel* Bachmann/ *Frauſtad. Polon.*

I. Differentes de malo
   1. Culpae: *Andreas Johannides, Slecka-Curlandus.*
   2. Poenae: *Chriſtophorus* Koch/ *Thorun.*

II, Inquirentes in originem boni & mali,
   1. Secundum mentem veterum Philoſophorum, *Paull Georgius Auſten, Thorun.*
   2. Juxta mentem Chriſtianorum, *Jo. Godofr. Lange, Gube Luſat.*

III. Conſiderantes bonum & malum s. felicitates & infelicitat Thorunienſes,
   1. Felicitates. *Godofredus Weiſſius, Thor.*
   2. Infelicitates s. malum, *Michael Adami, Thor.*
   3. Peſtis malum ſpeciatim, quod nuper Thorunium afflix *Simon Gleinig, Thor.*

IIII. 1. Parentaturus iis, qui peſte Thorunii occubuerun Carmine Heroico, *Daniel Stromphius Caeſareo-Foro Vngar.*
   2. Gratias perſoluturus nomine omnium Deo immortali p peſtis contagio paterne ablato, *Jo. Frider. Serner, Thor.*

Epilogus, *David Brauer, Thor.*

113594